

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dissertatio Philologico-Critica De Annis Ahasiae Jvdaeorum Regis, Ad concilianda Loca Scripturae 2. Reg. VIII. 26. & 2. Chron. XXII.2.**

**Schröder, Johann Joachim  
Böhme, Johann Christian**

**Marbvirgi Cattorum, 1715**

§. IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130541)

terficerentur. conf. 1. Reg. 16: 23, 29. 22: 52. & 2. Reg. 8: 25.  
 2: 94, 26. Per Reges Judaeorum eund. annorum nume-  
 rum 42. colligit (quamvis ut audiemus aliam solutio-  
 nem substituat) Radak in Com. ad רבני הימים ב, ap-  
 probata tamen haec expositio est a non paucis ut a R.  
 Schelomo Jizchak, a Genebrardo, Serario, Ligtfooto, &  
 τῶ ἐν ταῖς γραφαῖς δυνατῶ Celeberrimo Coccejo nostro,  
 neque displicuit Cl. Mejero, qui eam ab exceptionibus  
 Glassii & Saliani vindicavit in Annot. ad Seder Olam c.  
 XVII. p. 921.

§. IX. Nihilo tamen minus, ut Kimchio recte videtur,  
 הפשט זה המדרש הוא רחוק מדרך הפשט  
*hic subtilis interpretan-*  
*di modus nimis longe recedit a sensu literali,* hinc aliam  
 conciliationis viam ingreditur, dicens, כי יהורם היה  
 יותר מ'מ שנה ולא מנה מימי מלכותו אלא ח'שנים שמלך  
 בחזקתו אבל מעת שנפל ביד הערבים ונפל ג'כ  
 בחליו לא מנו לו ימי מלכותו והמליכו אחיהו בנו בחיז מעת  
 שנפל אביו והלך בלא חמרה והיו כי שנה וכשהמליכותו  
 בחיז אביו היה כן עזרים ושתים וזה שאמר במלכים  
 בן כ'ב שנה אחיהו כמלכו וכשמר היה בן מיב שנה ולא מלך  
 אחר שמת אביו אלא שנה אהר. i. e. Joramum fuisse  
 quidem quadragenario majorem, sed non nisi octo vi-  
 gentis regni annos in sacris literis memorari, ex quo tem-  
 pore vero in manus Arabum & in morbum inciderit an-  
 nos regni ejus non recenseri, evehctum autem fuisse ad  
 regiam dignitatem filium ejus Achasiam vivo adhuc, sed  
 infeliciter rem gerente, Patre viginti annis, ad mortumque  
 eum fuisse ad commune cum Patre regimen anno aetatis  
 suae vicesimo secundo juxta 2. Reg. 8: 26. mortuum de-  
 nique annos 42. natum postquam anno uno patri super-  
 stes fuisset. Verum quia haec sententia 20. annos, praec-  
 ter, imo contra S. Scripturam, & rationes Chronologicas,  
 B 2 inter.

interferit; quamvis ea sit Hieronymi, s. Auctoris traditionum Ebraicarum, Lyrani, Vatabli, P. Martyris, Gasparis Sanctii, aliorumque, a diverso licet principio computantium, merito rejicitur.

§. X. Vir Clarissimus Ludovicus de Dieu, quamvis rotunde fateri malit, inexplicabilem, & tamen sine periculo hanc nobis esse difficultatem, quia deficientibus annalibus lateant nobis circumstantiae, quarum cognitio facilem redderet solutionem; nihilominus aliam, & sibi peculiarem, solutionem tentat: Nempe ex intuitu phraeos 1. Sam. 13:1. בַּמְּלָכּוֹ בֶן שָׁנָה שְׁמוֹנֶה עָשָׂר ubi sensus esse nequit, unum annum fuisse Saulem natum cum regnare inciperet, sed unum regni sui annum fuisse exactum cum inauguratio, de qua praecedenti Capite, repereretur, aut quum delectum militum faceret, de quo versu sequenti; & propterea vertendum, *Filius anni erat Saul in regno suo*: Unde etiam hunc locum eodem ferme modo explicandum censet: *Viz. filius 42. annorum erat Achasia dum regnaret*, id est, inquit, spatium regni ejus se extendit usque ad 42. annum ejus. Annos autem illos ita computat: 22. aetatis Achasiae, 1. regiminis, 2. Reg. 8. 26. item 6. matris Athaliae, ibid. & 13. annos Joasi, quibus ille sub tutela summi Sacerdotis Jojadae regnavit, 2. Chron. 23; & 24. Ita omnes istos annos, donec Joas majorennis factus est, ad vitam & regimen Achasiae referri putat Vir Doctissimus, cum tamen istos 42. annos ante unum illum Achasiae absolutos fuisse textus manifesto satis innuat, neque constet, diversis aliorum exemplis 13. praecise annos minorem habitum fuisse, neque tandem bis computandos esse Athaliae & Joasi annos, qui seorsim referuntur 2. Reg. 11:3. & 12. 1.

§. XI. Non omissenda plane videtur expositio Junii & Tremellii, locum in Chronicis reddentium h. m.